

CAPUT XLIX.

De anno veterum Hebræorum Autumnali Scaliger pag. 130.

DISERTE expressum est Exodi xii. Autumnale fuisse caput anni Hebræorum, quia ex Autumnali mutari in vernum præcipitur; item xxiiii. capite sollempne Scenopœgiæ confertur in finem anni. Annus igitur incipiebat ab Autumno. Igitur in fine anni mensis intercalabatur. Ideo eveniebat ut primus mensis nunc in Tisri hodiernum, nunc in Marchesvan incidere.

Sic anno isto 2264. Neomenia Tisri incidit in Octob. viii. proximo die ab æquinoctio Nisan in April. II.

Elenchus anni veterum Hebræorum.

QUID in mentem homini venerit, ut annum illum veterem describeret, difficile est assequi; nisi suo ipsum more quid ageret minus animadvertit dicamus. Nam cur annum illum lunarem veteribus ante Exodum Judeis attribuit? Neque enim popularis is fuit: siquidem, ut lib. III, pag. 206. asserit, antiqui Hebræi non lunari anno, sed Ægyptiaco usi sunt, etiam Davidis & Salomonis tempore, ut est pag. 208. Sed neque Eccllesiasticus, aut tacite ab illis observatus est annus iste, quem hoc loco describit. Ut enim confent, quæ de primi mensis Neomenia docet, necesse est, ut eandem anni lunaris formam, eundemque modum habuerint, quem hodiernus computus exhibet, nimirum ex Hipparchi præscripto. Atqui ne illud quidem satis demonstrari, ac colligi potest, utrum Judæi præfisi lunaris anni rationem ullam habuerint; nec est usquam in sacris litteris mensium hujusmodi facta mentio; ut alibi disputavimus. Nedium hoc assentimur Scaligero, accuratissimas lunarium motuum rationes, cuiusmodi hodierna sunt, præfisi illis constituisse. Cur enim cyclum illum veterem ex hodierna potius forma, quam ex Calippica depinxit? Nam & Calippicam prius asserere Judæi, quam quæ hodie ab illis usurpatur, quæ aliquot post Christum sæculis ortam habuit. Finge quam voles epocham lunaris illius anni; veluti viii. Octobris. Post cccv. annos, quando in hodierna forma unius diei fit anticipatio, Neomenia primi mensis in vii. Octobris incidit. Quæro igitur, credatne Scaliger Judæos veteres mensium illum, qui epocham anteverterat, primum habuisse, an pro eo sequentem usurpasse. Hoc si fecisse dicat, jam illud necessario sumitur; ejusmodi tum illos lunaris anni formam tenuisse, qualem hodie sequuntur; quod ante omnia demonstrandum fuerat. Quid si enim Calippicam potius amplexi sint, quæ nullam Neomeniarum anticipationem agnoscit? Ita enim accidere potuit, ut sæculis aliquot elapsis, Neomenia biduo, vel triduo præcesserint; adeo ut ipso anno Exodi Neomenia Nisan, quam observavere Judæi, novitium cælestis totidem diebus morata sit. Ex quo Scaligeriana illa somnia de primi mensis caractere, & ceteris id genus, funditus evertuntur. Quippe non aliter Embolismorum annorum ordo propagari ad præscriptam à Scaligero methodum potest, quam ut lunaris anni quantitas eadem, quæ observata hodie, apud veteres illos existeret. Quæ cum ita sint, perspicuum est cyclum istum veterem commentitium, & inanem esse, neque magis veterum Judæorum interesse, quam si ad postulatios, & prolepticos annos ante mundi originem accommodaretur. Atque eadem sanè licentia possit aliquis Arabicam & solutam lunaris anni rationem, aut Julianam solarem, vel etiam tropicam, præfisi illis Hebræis assignere. Non enim magis cyclo illo, vel ejusmodi anni descriptione usi sunt,

quàm earum formarum aliqua, quas nemo nisi stolidus Judeis veteribus assignet.

DE ANNO HEGIRÆ.

CAPUT L.

Scaligeri doctrina lib. III. Ifag. Can. pag. 236. & lib. II. de Emend. pag. 131.

DESULTORIUM Damasconorum, & Hagarenorum annum tandem retextum, ac solum fuisse, antea constitutum est. Quo ex tempore, omnia appellatione, & usu Embolismorum, laxatis habentibus, licenter per seriem annorum Julianorum hodiè que vagatur. Quod enim ex Periodo Hagarena laxatus sit, res ipsa loquitur, & ipsa Periodus. Et sanè videtur Embolismus apud peritiores fuisse; annus autem retextus apud vulgus remansisse. quemadmodum apud Ægyptios anni vagi usus apud vulgus; intercalatio penes Hierophantas refedit.

Hoc quod dico auctoritate firmandum est. Multæ Arabum colonie in India confederunt, quæ anno Arabico retextu utuntur: eorumque epocha confurgit ex Januario primo editionis Julianæ, qui erat tertius currentis Periodi Damasconæ: quæ est maxima vetustas, & tunc Muharram cepit esse primus mensium, qui antea penultimus erat. Convenit autem tunc in Kal. Jan. quia Rabie prior inivit Martii xii, feria v, cyclo Solis xx, qui mensis hæcenus mensium signifier fuerat.

Quemadmodum verò Muharram primarum Kalendarum Julianarum apud Orientales populos Periodi Hagarenæ nexibus solutus est; ita etiam idem Muharram apud Petros Hagarenos cepit annum vagum ducere, quando Muhammedes videlicet lege sua publicata, coactus est fugam sibi conficere. Unde epocha Muhammedis appellatur Hegirathi, *ἡμερῶν τῆς ἑξορίας*. Caput anni (in Hagarena Periodo) erat Ramadhan Martii xx, feria vii, Cyclo Solis xv. Ergo Muharram quintus à Ramadhan cepit feria vi, Julii xiv, cum tamen ab Judaicis anni 4382. biduo integro Neomeniam anteverterit feria quarta, Julii xv. Character ejus 4, 7, 112. Hæc est sola ratio, cur Musulmani eo tempore tam serò Neomeniam suam orsi sint; quòd nimirum hoc ex præscripto Periodi fecerunt. Luna enim corniculata tum erat.

Quamquam verisimilius est jam tum solum fuisse embolismum, eandemque fuisse Arabum illorum, apud quos debebat Muhammedes, aram à primis Kal. Julianis; quemadmodum apud Indos, & orientales Arabes; qui tamen Neomenias *ἡνὴρ ἡνὴρ*, & *ἡνὴρ ἡνὴρ*, cum Muhammedanorum quarto die *ἡνὴρ ἡνὴρ*, *ἡνὴρ ἡνὴρ* auspicietur. Annus primus Hegiræ erat à Kal. Jan. Juliani primi, sexcentissimus sexagesimus septimus: qui sunt anni Arabici absoluti 687. Ergo Muharram Hegiræ erat annus 688, inmens Indorum. Porro ex Tabularum methodo incidit in feriam III, Julii xiiii.

Arabes porro veteres, qui propius ab ætate Muhammedis abfuerunt, Periodum quandam hujus anni vagi constitutere volentes, Triacontaeteridem hunc in modum instituerunt. Unum scrupulum de ratione mensis lunaris deduxerunt. Cum enim lunaris mensis dierum sit 29, 12, 793, semper relinquit aut horas aut scrupula in annis collectis; ita ut nulla Periodus ex annis communibus Arabum inde constari præcisè possit. Itaque ex 793. scrupulis unum detraxerunt. Quare annus Arabicus habet dies 354, 8, 864. deficit enim scrupulis xii. ab anno Judaico. Sunt autem 864. scrupula, horaria scrupula sexagenaria 48, & hora 8, 864. diurna scrupula 32. Itaque primus annus est dierum 354, secundus 355. in totum vero sunt xi. intercalares, scilicet 2, 5, 8, 10, 13, 16, 19, 21, 24, 27, & 29. natura quidem est *ἡνὴρ ἡνὴρ*; sed *ἡνὴρ ἡνὴρ* dilata est in triagesimum, ut fiat æquatio præcisæ rationi lunaris, quod mira solertia ab illis est factum. Alioqui in paucis annis characteres novitium prævertissent. (quod postea declarabitur.) Omnis igitur ratio scrupulorum lunarium æquatur in ultimo anno *ἡνὴρ ἡνὴρ*: & omnis

nis varietas feriarum in septies triginta annis Arabicis circuit, qui sunt anni cxx.

Contumacissimus verò hic annus est, neque facile redit in gratiam cum anno Juliano: vicissimus tertius propius abest à Sole. Tuior magna Periodus, quam excogitavimus annorum 228. Enneadecaeteridem duodecim. Cujus ad methodum plures tabulæ descriptæ sunt.

CAPUT LI.

Elenchus anni Hegiræ, & commentorum super eo Scaligeri.

QUA sit de anno Hagarena Scaligeri sententia ex iis, quæ à nobis supra c. x. disputata sunt, intelligere potuisti; quæ hoc loco summam repetenda sunt. Primum itaque cenet Hagarenos Calippica anni forma usos esse, ita ut fixum esset anni primordium verno tempore, ac per orbem singuli menses annum inchoarent. Post annos verò Calippicos lunares simplices cxxxv, Julianos cxxxviii, Neomeniæ ad eosdem Julianos dies redibant, non tamen ad easdem ferias. Hujus desultoriæ Periodi initium confert in Ifag. Can. in annum Per. Jul. 4666. Postea verò dissoluta retextaque Periodo, vagum anni principium per Julianorum dierum contextum impune progressum est: quod anno primo Juliano, sive Periodi Julianæ 4669, primum institutum asserit apud Indos, & Orientales: tum apud Hagarenos illos, quorum popularis fuit Muhammedes. Qua in anni ratione certus deinceps mensis anni princeps fuit: neque amplius in verno tempore hæc illius primordium. Ita Scaliger de Hagarena, & Arabico anno; quæ nos antea discussimus. Sunt enim commenta fabulosa. Quis autem veterum, aut recentiorum præter unum Scaligerum desultoriæ istius intercalationis meminit? Quam verò conjecturam hic nominat, quæ ex ipsa periodo ducitur, unde confert annum illum vagum & solum ex Periodo Hagarena, & desultoria luxatum fuisse? Nam ita scribit in lib. III, Ifag. Can. cap. x. *Quid enim ex Periodo Hagarena luxatus sit, res ipsa, me tacente, loquitur, & ipsa Periodus. Quæ tandem Periodus? An eandem, hoc est annorum Julianorum 228, Arabicorum 235 intelligit, quæ in soluta anni forma retineatur? At nulla in anno Arabico ex Arabicorum mensium quantitate constato Periodus hujusmodi locum habere potest, nec ab alio quam à Scaligero est inventa, non minus falso, quam otiose, ut postea uberius explicabo. In eandem illam desultoriæ Periodum argumento dicit esse Arabicum annum vagum ex Hagarena Periodo fuisse luxatum? At hoc est non solum principium, uti vocant, petere, sed & obscuræ rei fidem ex obscurioribus, & incertioribus facere. Ridiculum autem est, cum demonstrandum illud sit, Arabicum annum solum olim desultoriæ Periodo constitutum fuisse, id ipsum ex ipsius desultoriæ Periodi ratione colligere; cum tota illa desultoriæ Periodi descriptio, ut non commentitia, & à solo Scaligero conficta fuerit, incerta sit tamen, & multo, quam soluta anni forma, minus explorata sit, ac cognita.*

Nam de Calippica anni ratione, quòd non solum apud Græcos, sed etiam apud Judæos, & Arabes usu putat receptam, quam inane sit, satis antea disputatum est. Cuiusmodi & aliud somnium est de retextu penes eruditos intercalatione desultoria, ut & apud Ægyptios solos sacerdotes diem unum quarto quoque anno confecto intercalasse, ad anni Juliani methodum. Quod totum commentum esse suo loco videbitur.

Intellexit Scaliger novum hoc esse, quod de Periodo illa desultoria, de qua anno nexibus ejus soluto, ac retextu proposuerat. Nam & superiori cap. lib. III, Ifag. Can. nono scripserat, *illud se hæcenus Europæi incognitum, ex monumentis Arabum publicasse*. Quare quid aliud studiosus lector expectaret, quam auctorem aliquem Hagarenum, & Arabem hæcenus ignotum, quem novæ illius observationis testem adduceret? Fecerat enim certè rei tam inusitata, tam incognitæ nostris auctor nominandus aliquis, ejusque verba ipsa referenda, si modò non exstaret, ut inventum illud suum ab omni commenti suspitione purgaret. Sed ne unum

quidem attulit; & cum hoc quod dixerat auctoritate firmandum esse denuntiasset, alia egit omnia. Velim eruditus, & attentus Lector caput illud decimum libri III. Ifag. Canonum expendat, & si potest, vestigium ullum auctoritatis, vel probationis eruat, quam ad antecedentia demonstranda necessariam Scaliger esse dixerat. Cum enim desultoriæ Periodum Damasconorum, & Hagarenorum tandem retextam, & solum esse docuisset, & ex illa natum Arabicum annum, qui per Julianorum mensium contextum evagatur; cumque hoc quod diceret auctoritate probandum adiecisset, Nicolai Contii testimonium protulit; qui in Itinerario suo perhibet aram Judæorum ab Octavio Cesare putari, & annum eum, quo scribebat, Christi cxxxccc. fuisse secundum Indos cxxxccc. At, inquit, anni Arabici 1489. absoluti sunt anni Juliani 1445. Est autem Julianorum, & Christi annorum discrimen, annorum 45. Igitur Indi à primo Juliano aram suam, & annos lunares auspiciantur. Hæc est summa Scaligerianæ probationis: quæ ut apparet, nihil eorum vel levissimè suadet, quæ maxime demonstranda suscepit. Hoc enim ostendendum utique fuerat: Periodum aliquam desultoriæ ante Julianam aram ab Indis, aut Arabibus observatam fuisse; quæ dissoluta vagi anni forma prodierit. At Nicolai Contii locus istud unum efficit; Indos ab anno Juliano primo annorum suorum epocham ordiri, quam ab Arabibus acceperunt: tum eosdem lunaribus anni uti simplicibus, non decemnovennali cyclo. Quod autem desultoriæ intercalationem aliquando tenuerint, non probat. Et enim fieri potest ut Arabes Indorum magistri prius lunarem aliquem cyclum decemnovennalem, aut alio annorum orbe circumscriptum usurparint; postea verò vagum illum, & solum periodi legibus annum adficerint; utque certus ille cyclus ad Muhammedis usque fugam, & Hegiræ primum annum, aut paulò post retentus fuerit: deinceps autem à Muhammedanis vagus, ac solutus illius loco substitutus: quod aliquot à Muhammede sæculis institutum esse nihil prohibet. Cum autem ex Cycli methodo, cuius initium à verno mense proficisceretur, Muharram in xvi. Julii caderet anno primo Hegiræ, tum denique propter ejus mensis reverentiam, quo in eunte Muhammedes fugit, mensium primus deinceps sit factus; ideoque lunaris annus embolismorum frano laxato impune vagari permisus fuerit. Quamobrem divinatur Scaliger, dum asserit anno primo Julianæ editionis Muharram in Kal. Jan. incurrisse; fuisseque mensium penultimum, ac deinceps primum esse constitutum. Quæ tria falsissima sunt. Primum enim in capite de anno Indorum vago demonstravimus, ex ipsius Scaligeri sententia, in anno primo Juliano, Neomeniam Hagarenam non in Kal. Jan. sed in secundum mensis ejusdem diem incidisse; idque & ex Calippicæ Periodi rationibus, & Hagarenæ, quam puram putam Calippicam facit, methodo collectum est. ut hoc everto fundamento omnia ferè, quæ de Hagarena, & Arabico anno scribit Scaliger, labefacta corruant. Quòd autem Muharram penultimum fuisse tum mensium putat; nulla id certa ratione demonstrat. Imò verò ex ejusdem Scaligeri doctrina idem illud absurdissimum ostenditur; ut nos eodem loco declaravimus. Quoniam enim anno primo Juliano solutus est annus Hagarenus triennio post desultoriæ periodum principium; quam anno Per. Jul. 4666. natam affirmat in Ifag. Can. non potest Rabie prior mensium principis appellari. Nam in desultoria illa forma nullus propriè dici potest primus, sed alternis principatum omnes obtinent. Quòd si tum Muharram demus in Kal. Jan. incurrisse, fortuito penultimum in locum incidit, cum & olim ipse primus esse poterit. Nam vicissim sibi menses omnes principatum cedebant, ac per orbem annum inchoabant. Quare non semper Rabie prior mensium signifer fuit. Quid si ne fuerit quidem unquam, sed unus Ramadhan anni caput existerit? Quod sanè probabilius arbitror; atque ipsum quoque è Scaligeri doctrina concluditur.

Et enim Simplicius in Comm. ad librum v. Physicæ de variis annorum exordiis agens ita scribit: *ὁς δ' ἡμεῖς τὴν πρώτην ἀρχὴν, ἐπινοῦντες ἡμῶν ἡμεῖς ἡμεῖς, ὡς ἂν ἡμεῖς τὴν πρώτην ἀρχὴν, ὡς οἱ παλαιοὶ τὴν πρώτην ἀρχὴν, ὡς οἱ παλαιοὶ τὴν πρώτην ἀρχὴν, ὡς οἱ παλαιοὶ τὴν πρώτην ἀρχὴν, ὡς οἱ παλαιοὶ τὴν πρώτην ἀρχὴν.* Nam quæ principia statimus; velut anni

quidem circa solstitium æstivum, ut Athenienses: aut circa autumnale, ut qui eam regionem incolunt, quæ hodie Asia nominatur: aut circa hibernum, ut Romani: aut circa vernalis denique, ut Arabes, & Damasceni, &c. Arabes & Damascenos annum auspiciari scribit ab æquinoctio verno, quod ex eodem auctore commemoratur à Scaligero lib. III. Ifag. Canon. cap. ix. Vixit autem Simplicius circa Juliani Imperatoris tempora, hoc est post annum Christi quingentesimum. Quare cum Simplicii sæculo Damasceni, & Arabes anni civilis epocham in verno æquinoctio defixam haberent, nondum apud illos vagus annus usurpatus cõperat. Ita enim sese res, ut opinor, habuit: Arabes lunarem aliquem cyclum secuti caput anni constituerunt in æquinoctio verno, qua in re Judæos imitari potuerunt. Fuit igitur princeps mensium Ramadhan, qui Martio mense circiter inire consueverat. Quemadmodum anno primo Hegiræ contigit, ut illius Neomenia Martii vicissim conveniret, Muharram verò Julii xvi. Quo die cum Muhammedes fugisset, postmodum est civilis anni primordium consecratus iste mensis; & lunaris annus sine ullo embolismo receptus. Quod ut à divinationibus, & somniorum fabulis alienum est; ita Simplicii testimonio consentaneum.

Quamnam verò lunaris anni formam, sive modum præfici Arabes tenuerint, aut utrum omnino lunarem annum civili usui amplexi sint, certi nihil ex veteribus obtineri potest. Nam de lunari anno dubiam rem Epiphanius facit; qui in Alogorum Hæresi l. I. Arabicorum mensium meminit, nempe Aleom, & Angalthabaith, quæ nomina defunt in hodiernis mensium appellationibus. Eosdem verò menses tricenarios fuisse significat, & vicissim prima dies Angalthabaith erat Luna xii. quod ibidem latius exposuimus. De lunaris anni modo vana est, ac refutata non semel conjectura Scaligeri, qui Calippicum Periodum, & anni quantitatem Arabibus attribuit, perinde atque Græcis, & nationibus ceteris. Quam etiam causam esse censet, cur anno primo Hegiræ Neomenia Muharram in Julii xvi. incidere, biduo post Judaicam & alexandriam, quæ xiv. Julii congruit. Quam in opinione plurima sunt absurda. Esto enim: Arabes Calippicum anni modum secuti sint; profectò cum Periodo Calippica cõperit anno Periodi Julianæ 4784. ab hoc verò tempore ad annum primum Hegiræ anni fluxerint 952. lunaris antecessio tridui non bidui solum, constata jam erat. Itaque non Julii xvi. sed xvii. Neomenia Muharram convenire debuit, si Calippica est observata ratio. De qua re actum esse antea. Præterea anno primo Juliano Neomenia Calippica incurrit in Januarii II. non autem in Kal. ipsas.

Quin & passim hoc à Scaligero traditum est, Arabes lunares menses  $\delta\alpha\iota$  &  $\phi\alpha\sigma\iota\sigma$ , & corniculata sideris effigie, non à jugo cepisse. Cur igitur ex vitiosa Calippi Periodo contigisse putabimus, ut biduo Arabiæ Neomeniæ novilunium morarentur potius, quam hoc illos sponte fecisse, ac tertium à coitu diem ad mensium suorum initia delegisse? Quamobrem falsum est Neomeniarum tarditatem illam ex Periodi vitio mansisse, cum de industria, & ex civili præscripto diem illum statuerint. ex quo insuper contrarium ejus, quòd de Calippica forma proponit Scaliger, manifestè concluditur. Nam si Arabes  $\delta\alpha\iota$  &  $\phi\alpha\sigma\iota\sigma$ , Neomenias orsi fuerint, & anno primo Hegiræ Neomenia Muharram Julii xvi. id est, tertio ab jugo die collocata sit, apparet verum, & accuratum ab illis Luna motum agnitiu fuisse. Nam  $\tau\lambda\omega\sigma\omega\delta\omega\upsilon\upsilon$  in Julii xiv. constituerint oportet, si tertium ab illa diem in xvi. conjecerint. Ac simili propemodum ratione docent Hebræi magistri Judæos, quæ diu Neomenias  $\delta\alpha\iota$  &  $\phi\alpha\sigma\iota\sigma$ , indicare soliti sunt, veros & accuratos Luna motus indagasse curiosius; quod aliter  $\delta\alpha\iota$  lunarem exploratam habere non possent. Ita verisimile est Arabes veros Luna motus per illa tempora servasse, & eam omnem methodum à Judæis accepisse; de industria verò civiles Neomenias tertio ab jugo die defixisse. Quod plerumque Judæi recentiores in hodierno computo faciunt, dum ob certarum feriarum defectum Neomenias longius à lunari coitu summovent.

IV. Sed est tantum in Scaligero divinandi cacothetes, ut non solum apud Indos, & Orientales populos; sed etiam apud reliquos Arabes eodem tempore retextam, dissolutamque Periodum illam defultoriam ac joculararem existimant. Quare quod in libris de Emendat. decreverat, velut hoc libro pag. 131. Petros Hagarenos apud

Annus Arabum veterum qui fuerit.

Lib. II. de Emend. P. 115. & 134.

quos Muhammedes debebat, usque ad annum Hegiræ primum, hoc est Christi 100011, usos esse defultoria Periodo ex Calippica forma, ac deinceps anno suo habenas laxasse, quod ante annos fere 100011. Indi, Orientalesque fecerant; hoc ipsum in Ifag. Canon. pag. 236. nova conjectura rescindit. Ait enim, verisimiliter esse jam tum solum fuisse embolismum, eandemque eorum Arabum, apud quos debebat, & quorum popularis erat Muhammedes, eam fuisse à Kalend. Januarii anni primi Juliani. Ex quo quid esset consequens non vidit. Paucis enim istis verbis revocat ac destruit omnia, quæ de Periodo illa defultoria, deque Hagarenis anni modo præscriperat. Nam si anno primo Juliano solutus est Hagarenorum annus, quorum popularis erat Muhammedes, perinde atque Indorum, & Orientalium; nullus amplius defultoria Periodi usus apud illos exstitit; ac proinde Calippicum anni modum usurpare desierunt; quemadmodum apud Judæos accidisse ex eadem Scaligeri sententia sequitur. Quos quidem Indos cum ab anno primo Juliano statueret eam suam orfos esse, & jam tum defultoriam Periodum retexuisse, unà & illud docuit, anticipatas ab ipsis Neomenias; ita ut  $\delta\alpha\iota$  &  $\phi\alpha\sigma\iota\sigma$  viderentur, hoc est, ab ultimo syzygia lunaris die initium deducere. Hoc autem ex eo derivatum asseruit, quòd anno ære suæ, adeoque editionis Julianæ primo, novilunium antevenerit Neomeniam Muharram in Kalendis ipsis constitissent. Inde enim deinceps esse factum, ut Indorum Neomenia in  $\delta\alpha\iota$  &  $\phi\alpha\sigma\iota\sigma$  constituerent. Qua ex argumentatione sequi illud ostendimus; Indos, & Orientales Arabes accuratorem lunaris anni formam, & ejusmodi, qualem observant hodie, jam tum habuisse. Nam si Calippicum modum retinuisset, in quo post cecv. annos, ut Scaligero visum est, novilunium celestis solidi die civilem Neomeniam antevenerit, quantumvis uno die novilunium prætermisissent anno ære suæ primo, paulatim tamen civiles eorum Neomenia descenderent, & non modò cum novilunio convenissent, sed etiam aliquando tardiores exstitissent. Fingamus enim Neomeniam Indorum anno Periodi Julianæ 4669. sive primo Juliano, incurrisse in Kalend. Januar. novilunium verò celestis in Januarii secundum. Quoniam in Calippica anni forma Neomenia Julianis iisdem diebus affixæ sunt (Enne-decaeteris enim Calippica cum Juliana paria facit, neque reliqui quicquam habet de lunariibus rationibus) novilunium autem post xvi. cyclos, quo Hipparchæum annum appellat Scaliger, uno die in anteriora recedit; anno Periodi Julianæ 4972. novilunium à secundo die Januarii ad Kalendas ipsas, adeoque ad Neomeniam Calippicam in illis defixam pervenit. Anno deinde Periodi Julianæ 5175. ære Dionysianæ 462. novilunium incidit in Decembrii xxxi. & Calippicam Neomeniam anticipabit uno die. Biduo verò in anno Christi 766, atque ita deinceps. Cum igitur Indi perpetuò anticipationem illam retinuerint, in quam anno primo Julianæ editionis incidere, alium lunaris anni modum quam Calippicum tenuerunt, hoc est,  $\delta\alpha\iota$  &  $\phi\alpha\sigma\iota\sigma$ , qualem hodie Judæi, vel Arabes observant, ut in  $\sigma\epsilon\eta\eta\sigma\iota\upsilon$  illius possessione consistenter. Eadem ergo ratione, siquidem Hagarenis Muhammedis popularis eandem cum Judæis anni primi descriptionem adsciverint, Calippicum modum prætermiserint oportet, & jam tum accuratos Luna motus affectu fuerint. Nam & illud Scaligero placet, Indos non aliunde, quam ab Hagarenis, & Arabibus annum suum accepisse. Quocirca falsum illud erit, quòd est Ifag. Canon. lib. III. pag. 237. ex eo solo vinci, Calippicum fuisse Arabum Hagarenorum Periodum, quòd anno primo Hegiræ Neomenia Muharram biduo novilunium morata sit, expletis Hipparchæis cyclis duobus, qui bidui  $\sigma\epsilon\eta\eta\sigma\iota\upsilon$  exigunt. Atqui paucis antè verbis verisimiliter esse docuerat, Hagarenos illos unà cum Indis eam suam à Kalend. Januar. duxisse, ac proinde Neomeniam anticipasse. Quid est igitur cause, cur eum utrique, Indi scilicet, & Hagarenis, primam ex æquo Neomeniam prætererint, solis deinceps Indis novilunium constanter uno die præcesserint, Arabum verò Neomenia biduo infra illa descenderint? Sanè ut Hagarenis anno ære primo novilunium anticipaverint, post cecv. annos Neomenia illorum cum novilunio convenerunt: anno verò Hegiræ uno tantum die moratæ sunt, non biduo; quod cur Indicis aliter contigerit non

non

non video, cum præsertim, ut dictum est, Indi nihil nisi ex Arabum doctrina, præscriptoque fecisse dicantur. Animadvertitis, opinor, quam inconstans, & defultoriam sit Scaligeri judicium; utque eum hac in tota doctrina non solum ratio, sed & communis penè sensus defecerit.

Denique cum Hagarena Periodus, ac defultoria ab anno Periodi Julianæ 4666. inierit, ut in Ifag. Canon. veterè mutata sententia, Scaliger affirmat, non amplius triennio ab Arabibus observata fuerit. Hos enim anno 4669, sive Juliano primo, solum annu admisisse confirmat. Ita non solum apud Indos, & Orientales, sed etiam apud Hagarenos defultoria illa forma non ultra tres annos obtinuit, ètque subinde dissoluta. Quinam erunt igitur Arabes reliqui, qui sibi propriam illam Periodum vendicant? quo ex auctore? quam ex historia? quos demum comperit Scaliger ejusmodi intercalandi ratione usos esse? Demonstrandum illud ante omnia fuerat; & ut sæpè diximus, idoneus aliquis testis asserendus: qui nisi idem veritate sit, & auctoritate præcipuus, vix est ut tam novæ, atque inaudite rei fidem possit exprime.

CAPUT LII.

De Arabici anni Periodis: ac primum de Triacontæteride.

V. TRIPlicem Arabibus Periodum passim his in libris attribuit, ac præsertim lib. v. pag. 485, ubi de prima Muharram Hegiræ: minorum xxx. annorum solutorum; majorem ccc. annorum; maximam cccxxviii. annorum solarium: quæ singillatim excutiendæ sunt. Multum enim in iis describendis hallucinatus est.

Prima Periodus est tricenaria, quæ triginta constat annis Arabicis, ac simplicibus, cum embolimis diebus undecim. Anni lunaris modus est dierum 354, 8, 864, sive 8, 48: sive 354, 22'. Nam horæ 8, 48, sunt  $\frac{2}{3}$  unius diei. Cum autem annus lunaris Judaicus, quem accuratissimum arbitratur Scaliger, sit dierum 354, 8, 876, excedit Arabicum scrupulis Chaldaicis 12; itaut singulis mensibus singula detracta sint scrupula. Nam mensis Judaicus est dierum 29, 12, 793; Arabicus 29, 12, 792. quod de industria fecerunt Arabes, ut in fine Triacontæteridos nulla reliqua essent scrupula. Nam si horas 8, 864, tricies multiplicaveris, consistit dies xi. præcisè sine ullis appendicibus. Sit in anno lunari Judaico post annos xxx, residua sunt scrupula 360. Verum Glossa Tract. Kiddusch Hachodesch primæ partis Jad. R. Mose cap. vi. §. 3. docet mensis lunaris modum illum, qui est scrupulorum 792. supra horas 12, & dies 29, esse Ptolemæicum. Sed non mediocriter hallucinatur. scribit enim Ptolemæus syzygiam esse dierum 29, 31', 50". Atqui Ptolemæus ipse lunarem mensem statuit dierum 29, 31', 50", 8", 20". lib. iv. cap. III. hoc est 29, 12, 44', 2", 20". Annus ergo lunaris non est 354, 8, 864 præcisè, sive 8, 48'. sed 354, 8, 48', 40". Itaque 40". unius horæ major est anni Ptolemæi lunaris modus quam Arabicus. Igitur dedita opera mutilatus est duodecim scrupulis annus lunaris ab Arabibus, qui Judaicam anni quantitatem ab ipsis acceptam amplexi sunt; ut vertente Triacontæteride nihil de lunari ratiuncula superesset. In Triacontæteride porrò anni sunt  $\sigma\alpha\epsilon\eta\eta\mu\epsilon\sigma\iota$  undecim, nempe 2, 5, 7, 10, 13, 16, 18, 21, 24, 26, 29, quibus ex appendicibus dierum solidus dies accrescit. Fingendum est enim ante initium Triacontæteridis relictum fuisse annum excessum, hoc est undecim tricesimas, sive  $\frac{11}{30}$ , quæ cum epactis anni primi conjunctæ, dant  $\frac{11}{30}$  epactas anni secundi. Quibus accedentes anni unius epactæ, hoc est  $\frac{11}{30}$ , sunt  $\frac{22}{30}$  epactæ post annos duos. Ideo anno secundus augetur uno die, & appendices habet  $\frac{11}{30}$ , atque ita deinceps. Quocirca naturalis, ac proprius annorum intercalarium ordo postulat, ut in Triacontæteride  $\sigma\alpha\epsilon\eta\eta\mu\epsilon\sigma\iota$  sint anni, 3, 6, 9, 11, 14, 17, 20, 22, 26, 28, 30. siquidem non prius intercalatur, quam ex appendicibus dies solidus existat: uti facile quis intelliget, si continua progressionem horas 8, 48. colligat, & quem in annum dies integer ex illis conflatus incidit, illum ipsum  $\sigma\alpha\epsilon\eta\eta\mu\epsilon\sigma\iota$  constituat. Verumtamen Arabes intercalationem præcipitantes solidi diei compositionem antevenerunt.

Nam anno secundo diem inferunt, quasi annus aliquis  $\sigma\alpha\epsilon\eta\eta\mu\epsilon\sigma\iota$  initium præcesserit, qui epactas, & fragmenta, quæ sequentibus adderentur, reliquerit. Igitur in secundo dumtaxat anno præcipitur intercalatio: in reliquis non prius fit quam dies integer excreverit. At Paulus Forosempron libro II, cap. II, & Joannes Justingenis Propol. xxxvii. scribunt Arabas dies intercalare, quando horarum appendices dimidiatum diem excedunt. Itaque  $\sigma\alpha\epsilon\eta\eta\mu\epsilon\sigma\iota$  sunt anni 2, 5, 7, 10, 13, 16, 18, 18, 21, 24, 26, 29. Nos in sequenti diagrammate rem omnem oculis subjiciemus.

TRIACONTAETERIS Arabica.

Table with 5 columns: Anni  $\sigma\alpha\epsilon\eta\eta\mu\epsilon\sigma\iota$ , Anni Triacontæteridos, Dies qui annis accrescunt, Hora, Sexagesimæ horarum  $\sigma\alpha\epsilon\eta\eta\mu\epsilon\sigma\iota$  ex Scaligero. Rows 1-30.

Hanc Tabulam ex Paulo Forosempron. descripsimus. In qua vides ex horarum, & scrupulorum additione paulatim solidos dies compleri in annis 3, 6, 9, 11, 14, 17, 20, 22, 25, 28, 30. Nam in illis dumtaxat dierum accrescentium numerus augetur. Sed civili ratione tum dies unus intercalatur, cum horarum appendices dimidiatum diem superant, ut Paulus existimat; idque mihi valdè probabile videtur. Alii verò, ut Christmannus, perinde cycli ratiocinia procedere putant, ac si Triacontæteridem annus aliquis antecessens appendices reliquerit horas 8, 48'. Hoc enim constituto, deinceps  $\sigma\alpha\epsilon\eta\eta\mu\epsilon\sigma\iota$  sunt idem anni, quos ex Forosempron. proposuimus, quòsque vulgò Arabes omnes agnoscunt. Jam illud animo repetendum est, horas 8, 48', si ad Judaicam, & Arabicam scrupula redigantur, idem esse atque horas 8, 864, quæ sunt sexagesimæ diei unius xxxi, vel undecim tricesimæ unius diei. Quare Scaliger in Tabula Triacontæteridos Arabicæ, quæ in hoc libro, pag. 133. describitur, pro horis 8, 864, posuit diem 0, 22. Christmannus verò  $\frac{11}{30}$  unius diei, idemque primo anno tribuit  $\frac{11}{30}$  quod ex superiore, uti dictum est, anno fingimus appendices unius anni, hoc est  $\frac{11}{30}$  ad primum Triacontæteridos annum accedere. Sed Pauli Forosempronienis anteposenda mihi ratio videtur, qui toties intercalari diem affirmat, quoties horarum appendices duodecim horas excedunt; quod & Campanus in computo majori tradit.

Ex iis omnibus constabit, quam turpiter in Arabica Triacontæteride conformanda hallucinatus sit Scaliger: cujus duplicem ante omnia typum ejusdem Periodi proponemus; alterum, quem in hoc libro descripsit; alterum ex Ifag. Canon. pag. 239. de promptum.



cujus est character 6, 19, 262. Ut igitur nemo dixerit, hunc Judaicum annum, qui characterem habet 6, 19, 262, esse xxx. ex eo quod ad epactas, sive residua septenaria anni xxviii. hoc est, 4, 14, 58; additis character anni primi 2, 5, 204, illum ipsum characterem componit 6, 19, 262. ita minimè convenit annum xxix. Triacentaeteridos Arabice tricesimum appellare, quoniam ex primi anni caractere ad vicefimi octavi residuum accedente confurgit. Neque illud obscurum est, Scaligerum erroris admonitum, ac convictum excusare utcumque se maluisse, ac quidvis dicere, quam ingenua confessione pudentem aliquem exitum querere: cum interim tamen eundem illum errorem eadem in tabula correxerit. Nam diagramma illud, quod est Ifag. Canon. pag. 239. non aliud est ab eo, quod in hoc libro proponitur, & tamen in hoc tricesimus annus  $\sigma\epsilon\gamma\eta\mu\epsilon\tau\epsilon\sigma$ , in illo vicefimus novus ponitur.

Denique, pag. 240. Ifag. Canon. sub initium aliud perperam à Scaligero pronunciat. *Norandum*, inquit, *auctorem illius Triacentaeteridos non quando novilunium xviii. sed quando xxiv. horas confecerit, tunc  $\sigma\epsilon\gamma\eta\mu\epsilon\tau\epsilon\sigma$  facere.* Hoc verò nos antea refutavimus, cum ex Paulo Forosempron demonstravimus postquam duodecim horas appendices horarum superaverint, diem unum accrescere. Ac si illud expectandum esset, dum xxiv. horæ confurgerent, non utique secundus annus  $\tau\epsilon\lambda\epsilon\omega\sigma\tau\epsilon\tau\epsilon\delta$ , sed tertius  $\sigma\epsilon\gamma\eta\mu\epsilon\tau\epsilon\sigma$  fuisset.

Quòd autem annum Hegiræ 990, qui coepit anno Christi 1582, Scaliger feria quinta inisse scribit, Januarii xxv. aliter sese res habet ex Christmanni methodo: qui tamen & ipse contraria profutur. Nam pag. 205. scribit Muharram anno 1582. coepisse xxv. Januarii, feria v. at pag. 209. eundem inisse vult Januarii xxvi. feria vi. Quod posterius ex ipsius methodo verum est. Ex Scaligeriana verò, & Calvisiana, prius illud colligitur. Etenim Calvisius Scaligerum in Triacentaeteridos descriptione, & in embolimaorum ordine secutus est. Quare feria illius neque Christmanni typo, neque veritati respondent. Certum est autem annum Hegiræ 990. hoc est ultimum Triacentaeteridos tricesimæ tertie, inisse feria vi. Januarii xxvi. anni Christi 1582. Nam Triacentaeteris Arabica dies habet 10631. præcisè. Triginta tres Triacentaeterides, hoc est anni 960. dies 340, 192. Porro xxix. anni Arabici, ita ut ultimus sit  $\sigma\epsilon\gamma\eta\mu\epsilon\tau\epsilon\sigma$ , dies exigunt 10277. sunt in annis 989. dies 350469. qui per 7. divisi nihil relinquunt. Cum igitur primus dies Muharram anni primi coepit feria vi. additis ex methodo v. postremus dies anni 989. definit in feriam v. Januarii xxv. Ergo primus dies anni 990. erit feria vi. Januarii xxvi.

CAPUT LIV.

De duabus aliis Periodis, maximè de Periodo cccxxv. annorum Arabicorum, Julianorum cccxviii. ubi & Scaligeri commenta deseguntur.

Nulla in re Scaligeriana inconstantiae specimen cepimus, in ea profecto, de qua agimus, Arabum Periodo tam insigne, tamque evidens est, ut in trionum etiam oculos ipsos incurrat. Easdem enim Periodos alibi à se excogitatas dicit, alibi ab Arabibus ipsis acceptas. Rursus alias sub annum primum Julianum natas esse, alias longè post Muhammedis, & Hegiræ primordia constitutas asserit. In lib. v. de Emend. pag. 485. Arabes, inquit, & Hagarenæ Periodum 228. annorum instituerunt, & a. d. III. Iduum Martii anni Confusionis, cyclo Lunæ x111. Solis xx. incipientes, nimirum à Neomenia Mensis Xanthici anni cclxv. Alexandrei. Subjicit his. Triplicem enim Periodum habuerunt, minorem xxx. annorum solutorum, quo intervallo nihil de horis, & scrupulis Lunæ superesse putant; majorem ccx. annorum, compositam nimirum ex vii. minoribus, qua feria redeunt in orbem, quam propterea hebdomadicam vocamus. Maximam 228. annorum solarium, 235. autem Arabicorum, qua Muharram per totum contextum anni solaris vagatus redit ad eandem diem. Hæc Scaliger. Ubi tres istas Periodos longè ante tempus Hegiræ ab Arabibus & Hagarenis institutas affirmat. sed & alibi passim, & in Ifag. Can. lib. III. cap. ix. ac x. præsertim, indicat Periodum Hagarenam, ac desultoriam ab anno Per. Juliano 4666. inisse, triennio ante primum Julianum.

At lib. II. de Emend. pag. 134. D. cum de anno Hegiræ Arabico dixisset, Continuatissimus verò hic annis est neque facile redit in gratiam cum anno Juliano. Quare nulla methodus hinc confici potest: iis ista subjicit. *Tertio magna Periodus, quam excogitavimus, annorum 228. embolodæteridum duodecim.* Hic eandem Periodum à se dicit excogitatum, quam ab Arabibus tanto antè constitutam postea scripsit. In Ifagocis verò canonibus pag. 239. ver. penultimo. *Ideo*, inquit, *Computatores Arabes, qui multis annis post Muhammedem Periodum  $\tau\epsilon\lambda\epsilon\omega\sigma\tau\epsilon\tau\epsilon\delta$  &  $\sigma\epsilon\gamma\eta\mu\epsilon\tau\epsilon\sigma$  excogitarunt, epocham, sive, ut vulgus vocat, radicem novilunii primi Muharram ita conceperunt, 6, 7, 115.* Ergo diu post Hegiræ primordium instituta sunt ejusmodi Periodi, quas alibi à se excogitatas; alibi jam tum ab Juliano primo traductas asseruit. Quis tantam inconstantiam decretorum, & comminiscendi libidinem ferre potest? Quid quod in illo ipso contextu Periodorum  $\sigma\epsilon\gamma\eta\mu\epsilon\tau\epsilon\sigma$  & contraria definit?

Cum duplex sit Hagarenorum annus; alius Calippicus, quem in desultoria Periodo cccxviii. annorum usurparunt; in qua Solis ac Lunæ rationicia paria faciunt, sine ullis appendicibus; alius merè lunaris, & Calippica, imò Judaica forma minor; qui xii. scrupulis Chaldaicis in mensibus xii. minutur; utrique anno cum Periodos reliquas, tum maximam illam annorum cccxxviii. sive Arabicorum cccxxv. attribuit Scaliger. Quoniam enim lib. iv. pag. 485. de Emend. Arabes, qui Periodum cccxviii. annorum ex anno Confusionis instituerunt, triplicem habuisse Periodum scribit, videlicet minorem, annorum xxx. quo intervallo nihil de horis, & scrupulis Lunæ superest, &c. manifestum est ab ineunte Juliano primo triplicem illam Periodum esse constatum. Atqui Calippica anni forma ad usque annos Hegiræ usi sunt Arabes, ut passim inculcat hoc in libro, & in Ifag. Can. lib. III. cap. ix. ac x. Ergo in Calippica forma locum habuere tres ille Periodi. Hoc autem cum reliqua omni Scaligeri doctrina consistere non potest: non modo quia Periodos illas diu post Muhammedem excogitatas fatetur; verum etiam quia tricenaria Periodus non nisi anno Arabico simplici, ac xii. scrupulis decurtato convenire potest. Hic enim solus post xxx. annorum orbem Lunæ rationicia penitus exaquat, ita ut scrupula nulla, neque hora superent. At hic ille annus post Muhammedis æram ab Arabibus inventus est ut lib. II. de Emend. pag. 133. legitur. *Veteres enim*, ait, *Arabes, qui propriis ab ætate illius nebulois abserunt, quo Periodum certam hujus anni vagi constituerent, unum scrupulum de rationico lunaris mensis exensisse.* Non igitur tricenaria Periodus tam vetusta esse potest, ut ad Julianæ editionis initium congruat.

Quod verò maximam illam annorum Julianorum cccxviii. spectat, ea neque in Calippica forma, neque in Arabica locum ullum habuit unquam. Etenim de priore nullum extat antiquorum testimonium, ratio nulla, nihil denique præter fingendi libidinem, ut antea satis ostendimus. In posteriore verò decurtati anni modo, Periodi istius usum eadem, quæ ad illam stabilendam affertur, causa redarguit. Nam idcirco vel à se excogitatum, vel ab Arabibus istis partim ab initio Julianæ editionis, partim post tempora Muhammedis inventam asseverat; quòd evoluto hoc annorum orbe Neomenia Muharram per totum anni solaris contextum evagata redit ad eandem diem. Hoc autem in Calippica quidem forma verum est; in reliquis Lunaribus annis falsissimum. Neque enim post annos Julianos 228. Arabicos 235. dies colligit 83276. horas 4. Juliani 228. dies 83277. discrimen est horarum 20. Ergo post 228. annos Julianos non redeunt Neomenia ad eandem diem, sed uno die ferè anticipant. Igitur frustra Periodum istam tamquam vel ab Arabibus repertam, vel à se ipso excogitatum attulit: esse enim proflus inutilis.

At perplexè sanè nimium, & absurdè de commentitiis illa Periodo locutus est in Ifag. Canon. lib. II. & III. cap. ix. & x. Nam capite nono Periodum magnam Damascusorum, & Hagarenorum Calippicam exponit, quæ quidem nullam  $\sigma\epsilon\gamma\eta\mu\epsilon\tau\epsilon\sigma$  Neomenia post annos 228. Julianos exigit. Et tamen in Canon. III. methodum præscribit, qua Neomenia prima Periodi illius æquanda sit; quod diurnam exemptione fit, hoc est in singulis Periodis scrupulorum diurnorum 50. sive horarum 20. Atqui Periodus hæc merè Calippica fuit, & ad annum Hegiræ,

Hegiræ, imò diu post illum perseveravit; ut non solum in libris de Emend. sed etiam cap. x. lib. III. Ifag. Can. pag. 239. testatur. Quid igitur attinet  $\sigma\epsilon\gamma\eta\mu\epsilon\tau\epsilon\sigma$  ei Periodo tribuere, quæ nullam admittit? Præsertim cum  $\sigma\epsilon\gamma\eta\mu\epsilon\tau\epsilon\sigma$  illius modus proprius sit Arabici anni, sive decurtati, quem post annum ipsum Hegiræ veteres Arabes excogitasse scribit in hoc lib. pag. 133. Nam in annis cccxxv. Arabibus dumtaxat, non autem in Calippicis, etiam solutis,  $\sigma\epsilon\gamma\eta\mu\epsilon\tau\epsilon\sigma$  illa conflatur horarum 20. Unde frustra in eodem illo ix. cap. libri secundi, Tabulam iv. instituit præcessionis Neomenia; quam Calippica forma, cujusmodi Periodus illa fuit, funditus respuit. Sed multò est in Capite decimo hallucinatio major. Agit ibi de anno Indorum, qui est annus Arabicus duodecim horariis scrupulis Judaico minor; ex quo &  $\tau\epsilon\lambda\epsilon\omega\sigma\tau\epsilon\tau\epsilon\delta$  constat, quæ nullas horarias appendices in sine relinquit, ut ex definitionibus colligitur, quæ sunt pag. 80. Quocirca cum annum illum inchoatum esse dicat ab anno primo Juliano, p. 236. fatendum erit apud Indos, & eos Arabes, à quibus anni formam acceperunt Indi, jam tum Arabicum, ac decurtatum annum fuisse receptum. Atqui non nisi post initium Hegiræ censet eundem illum ab Arabibus excogitatum. Viden' incredibilem doctrinæ levitatem? Quero enim; quoniam Indos existimat, nec non Arabes, quorum popularis fuit Muhammedes, anno retecto, ac soluto usos esse à Kal. ipis Julianis primis Periodi Julianæ 4669. ut Ifag. Can. pag. 236. asserit; hoc est, lunari anno simplici, sine ullis embolismis; fuerint annus iste Calippicus, an Arabicus, ac decurtatus. Calippicus esse non potuit. Alioquin Indorum Neomenia, quæ anno primo Juliano die anticiparunt, & ab  $\epsilon\eta\gamma$   $\nu\epsilon\gamma$  coeperunt, paullatim cum celestibus Noviluniis convenissent: imò verò uno die infra illa summoæ fuissent, anno Hegiræ primo, non autem ab  $\epsilon\eta\gamma$   $\nu\epsilon\gamma$  perpetuò deinceps inuisent: ut nos in superioribus ostendimus. Quare cum Indicas Neomenias velit eandem  $\sigma\epsilon\gamma\eta\mu\epsilon\tau\epsilon\sigma$  constanter retinuisse, manifestum est alium apud Indos, quàm Calippicum, lunaris anni modum obtinuisse. Præterea libro II. de Emend. pag. 117. ait in anno Christi 1594. biduum anticipasse Neomenias, propter scrupula, quæ anno tricesimo negliguntur. Quare cum in annis singulis Indorum 1690. neglecta sint scrupula xii. Judaica, indeque bidui antecessio facta, Arabici anni decurtati, non Calippici formam jam tum olim retinuerint oportet.

At neque annus Indorum Arabicus, ac decurtatus esse potuit; siquidem ejusmodi anni forma post Hegiræ primordium est inventa, ut ex Scaligero sæpè memoravimus. Tum illud accedit, quòd Indi ab Arabibus annum suum edocti sunt: Arabes verò etiam illi, qui vagum ac solutum annum amplexi sunt, Calippicam formam ad Hegiræ usque tempora tenuerunt; ex qua factum est, ut anno Hegiræ primo biduo Neomenia tardiores acciderint; quod in cap. x. lib. III. Ifag. Can. docet. Concluditur ex iis omnibus nullam hujusmodi Periodum annorum Arabicorum cccxxv. Julianorum cccxviii. apud Arabes existuisse: ac tam in ea, quàm in reliquis inextricabiles à Scaligero fabularum nugæ esse contextas, quæ nullo neque rationis, neque auctoritatis fundamento nixæ consistant.

CAPUT LV.

De Cyclo Judæorum Karraim. Scaligeri doctrina.

HEBRÆORUM, & Mosolicorum summa &  $\delta\iota\sigma\theta\epsilon\tau\epsilon\sigma$  divisio est in eos, qui præter legem  $\delta\delta\epsilon\mu\epsilon\tau\epsilon\sigma$  observant, & eos, qui ab iis alieni sunt. Priores in duo genera dividuntur. nam alii sunt Damascuseni, sive Syri, hoc est, Israëlites; alii Græci, qui & Babylonii dicti, antiquitas à Ptolemæo Lagida in Ægyptum translata, qui post editionem lxx. Græcæ Biblia legerunt, quæ Philadelphii jussu coacti sunt vertere; Babylonii verò cognominati sunt, quòd sint ex reliquiis eorum, qui ab Eisdra reducti sunt à Chaldaea, tametsi Babylonienfes etiam alii dicti sunt, sed cognomine Hebræorum, aut Israëlitarum ad distinctionem. In Actis Apostolorum appellantur Hebræi, & Hellenista. Ambo isti Judæi sunt, nec ulla inter se capitalia odia exercent, eorumque est computus unus. Pars I.

At qui  $\delta\delta\epsilon\mu\epsilon\tau\epsilon\sigma$  rejiciunt, alii legem tantum amplectuntur, ut Samaritæ; alii reliqua etiam Biblia; qui Karraim nominantur, uti qui  $\delta\delta\epsilon\mu\epsilon\tau\epsilon\sigma$   $\sigma\iota\gamma\gamma\tau$ . ambo inter se capitalia odia exercent, neque invicem alloquuntur. Et sunt isti Karraim de reliquiis veterum Sadduceorum. Qui ut nihil commune cum ceteris habeant, cum Judæi à coitu luminarium Neomenias observent, illi  $\delta\delta\epsilon\mu\epsilon\tau\epsilon\sigma$   $\tau\epsilon\phi\alpha\sigma$  putant. Quare eorum Neomenia putare Arabice sunt, mensium tantum nominibus cum Judæis convenientes. Qui igitur Arabicas Neomenias tenet, is tenet & Neomenias Karraim; & ex Laterculo Neomenia Muharram mensem Paschalem Karraim cum lunatione Dionysiana comparare possit. Porro horum Karraim Synagoga etiam hodie est Constantinopoli, aliz sunt in Palestina.

Elenchus Cycli Karraim Scaligeriani.

Quæ de cyclo Karraim proposita sunt à Scaligero, momenti nihil habent, & sunt  $\delta\delta\epsilon\mu\epsilon\tau\epsilon\sigma$ , hoc est, auctorem nullum, ac suffragatorem præferunt. Sed in illis nonnulla, uti solet, partim falsa, partim iis, quæ alibi statuit, contraria cernuntur. Falsum est, quod non obscure significat, ab iis Judæis, qui in Ægypto confederunt, jussu Philadelphii Biblia in Græcum esse translata. Nam ex Josepho, Aristeo, Eusebio, mortaliū denique omnium consensu, nihil est certius, quàm lxx. illos interpretes à Judæa, & Hierosolymis accitos: tametsi nonnulla contra vulgatam hanc historiam objecta sint à Scaligero in Eusebianis animadversionibus, quæ nos ad Epiphanium discussimus.

Nova est igitur Scaligeriana ista sententia de Septuaginta illis Interpretibus: quæ proinde, ut fidem obtineat, validius adstruenda fuerat. Nam quod asserit nulla inter Hellenistas Judæos, & Hebræos odia esse capitalia, longè diversa docuit in animadversionibus ad Eusebium A. m. dcccxxxiv. ubi magno Græcenses illos in odio fuisse apud Hebræos affirmat. Itaque quom amplissimum Synagogam Hierosolymis haberent, cuiusmodi autem iurgiam, aut verbera, aut cædes inter utrumque genus oriebantur. Vide cetera.

Mutavit verò de Karraim istis sententiam Scaliger in Elencho Trihæresi cap. II. Negat enim illic, quod hoc loco confirmaverat, Karraim esse Sadduceos: cuius rei testem adducit Abraham Zachuth. Quare pro falso habuit quod hic statuerat. Tametsi Serrarius noster in Minervali contra alteram, ac posteriorem Scaligeri opinionem priorem tuetur, quæ & probabilis est. Etenim fieri sanè potest, ut ab Sadduceis propagati nonnulla postmodum addiderint ab reliquorum dogmate discrepantia, ut in hodiernis hæreticorum factionibus usuvenit.

Ad Cyclum Karraim quod attinet, nullum profert auctorem. quasi ex ceteris tantam sibi fidem, & auctoritatem pepererit, ut ei obscura de re, & ignota dicenti sine teste credatur. Quare cum rationes nullas adduxerit, supervacaneum est in re præsertim levissima ad hæc consutanda acrius incumbere.

CAPUT LVI.

De cyclo Tessarescadenarum, & vetustissimorum Asiæ Christianorum. Scaligeriana doctrina summa.

IN primordiis Ecclesiæ, tum Apostoli, tum qui eos centum annis postea secuti sunt, Pascha semper Judaicè celebrarunt, ut testantur Eusebius, & Historia vetus Ecclesiastica, & post omnes Nicephorus. Sed sub Commodo ii, qui Judaicè Pascha celebrabant, damnati sunt hæreticos à Victore Romano Pontifice.

Differentia hujus celebrationis duplex, aut in ratione Lunæ, aut in ritu. Rationis Lunæ item duplex differentia est. Aut enim in Neomenia, quatenus Neomenia tripliciter usurpata sunt, vel  $\tau\epsilon\phi\alpha\sigma$   $\sigma\iota\gamma\gamma\tau$ : vel  $\tau\epsilon\phi\alpha\sigma$   $\nu\epsilon\gamma$ , ut apud veteres Chaldaeos: vel  $\tau\epsilon\phi\alpha\sigma$   $\mu\epsilon\lambda\omega\sigma\delta\epsilon\tau$ , quales sunt Arabum. aut in embolismo, qui pro capite Cyclorum diversus est. Nam Judaici cycli primus, est tertius nostri in Tiftri, in Nisan quartus. Hoc modo Christianorum mensis Paschalis aliquando incurrit in Iar Judaicum, idque in cyclo 8. & 19. Ritus autem

II.

II.

II.

II.



nem astigimus, qua Epiphanium perstringit, quod is scripserit Teflarefcaecatitas ex Actis Pilati gloriosi solitos compertum habere se Christum viii. Kal. April. esse paschum. Quasi id humanum, ac civile sit, in eum, qui aliorum errata commemorat, horum culpam invidiamque conjicere. Quid enim aliud Epiphanius fecit, nisi quod ab Haereticis illis ex falsorum actorum fide proponebatur, posteritati tradidit? Hoc si crimen est, accusetur error omnium Epiphanius idem, quos toto illo in opere complexus est, eodemque crimine & Augustinus, Philastrus, ac ceteri teneantur, qui haeresion Catalogum scripserunt. Nam Epiphanius non eum quidem Passioni Dominicæ diem praesixit, ut suo loco, hoc est, ad Hæref. li. uberrime docuimus; & quamvis ita vel ipse, vel quispiam scriberet alius, ei per Scaligerianas quidem argumentationes securo esse liceret. Quid enim attulit, quod non centies à nobis refutatum sit, quodque non vanissimis somniis, ac divinationibus implicetur? Quæ ut facile ac sine rationis, auctoritatisque momento aliquo factantur; ita facile & negari possunt, & sunt à nobis negata sæpius. Harum conjecturarum caput est, Judæos Calippicam anni formam, ac Periodum amplexos esse: ex qua fieri non possit, ut cyclo xiii. Neomenia Nisan incidat in diem Martii xii. Præterea, quod in Calippica Periodo cyclo xiii. Neomenia Nisan hærebat in die Martii xiiii. in eoque perseverabat sæculo Christi, elapsis ab initio Periodi ccc. & eo amplius annis, quibus Novilunium x̄i. x̄ii. x̄iii. unius diei ad Martii xii. transferat. Ideo Judaici Nisan xiv. non in xxv. Martii, sed in xxvi. conveniebat. At in Hagarena Periodo, quæ in anno primo Juliano cœpit, Neomenia cum novilunio congruebat. Unde in anno 19, 38, & 57. cyclo xiii. Neomenia contigit Martii xii. Hac igitur in sola Periodo, non item in Alexandria, cyclo xiiii. Neomenia incurrere potuit in Martii xii. Hæc summa Scaligeriana ratiocinationis. Quæ, uti sæpe monuimus, hinc tota pendet, ut Judæi Calippicam Periodum civili temporum usu secuti sint; quod nec ille probavit usquam; & nos sæpe commentitium esse demonstravimus. Uti sunt enim lunari quidem aliquo cyclo; sed qui haud adeo effect exactus, ut mediis Lunæ motibus accuratissime responderet. de quo abunde suo loco diximus. Nam quod de Hagarena Periodo obiter iniecit, ut perinde, quasi prætereuntes, obiter respectemus, in Hagaggicis Canonibus, aliam ac planè diversam Periode constitutionem edidit; in qua verum esse non potest, quod hoc in loco dicit; nempe in annis 19, 38, & 57. Periode Neomeniam verni mensis in xii. Martii cadere. Quippe isdem illis annis Neomenia convenit Martii xv. Sed fatalis hic morbus Scaligero fuit, ut eum eandem rem alibi retractaret, diversa semper, & cum prioribus pugnantia loqueretur.

Sic illud incommodum, quod ex ea opinione sequitur, frustrâ ab eodem oppositum est; nimirum si Christus cyclo xiiii. passus sit, non nisi biennio prædicasse. Quod ut affirmemus, nulla nos Scaligeri ratiocinatio potest cogere: nulla, cum ultrò fasti fuerimus, convincere potest, ab eoque deducere. Vide quæ de anno Dominice Passonis ad Epiphanium Hæref. li. differuimus, posteaque suo loco trademus.

CAPUT LVIII.

Quamvis reipsa Quartadecimanorum error fuerit: non de multiplici illorum genere.

QUARTADECIMANORUM appellatio ad eos prope modum omnes accommodari à Patribus solet, qui in Paschatis ritu ab communi Ecclesiæ Catholice consuetudine differunt. Quare valde *καταχρηστικόν* nomen illud usurpasse videntur: de quo ad Epiphanium egimus. Prima omnium maxime propria vocabuli notio ad eos venit, qui Pascha Luna xiv. celebrabant, quamcumque in feriam incideret; cuiusmodi fuit Asiaticorum factio, qui se Joannem imitari profitebantur. De quibus Eusebius, aliique citatis locis. Qui quidem Judaicum cyclum, an alium quemlibet tenerint, divinari utcumque potest; pronunciarum certo non potest; non magis quam de Judaico ipso cyclo, qui cuiusmodi fuerit explorati nihil habemus.

Alia fuit illorum secta; qui certo die, & in Juliano mense fixo Pascha statuebant; quales illi facere, quos scribit Epiphanius ex actis Pilati compertum habuisse, Christum viii. Kalend. Aprilis esse paschum, quo proinde Pascha suum obibant, uti alii xv. alii x. Kalend. celebrabant. Ad quos accendendi videntur ii, de quibus agit Philastrus in Quartadecimanis; qui Pascha Martio mense celebrandum putabant. Nam si videntur non xiv. Lunam, sed fixum aliquem & constantem in Martio mense diem celebrati præfixisse. Quamquam Augustinus lib. de Hæref. scribit illos decima quarta Luna Martii mensis egisse Pascha, ut non modo Martii mensis, sed etiam Lunæ rationem habuerint; nisi quod Martii nomine lunarem mensem intelligat. Sic apud sanctum Eligium Noviomensem Episcopum Hom. xiv. *Agnus denique ille, ut diximus, Christus est, qui decima die primi mensis Hebraeorum, qui apud illos Nisan; apud nos Martius vocatur, Hierosolymam passurus venit.* Nam & à Socrate peperam usurpatum Aprilis nomen legitimus lib. v. cap. xvi. ubi de variis Paschalis ritus opinionibus disputat. Nam cum dixisset Asiaticos Luna xiv. indicasse Pascha, alios *πρὸς ἑβραίων ἡμερῶν, ἢ ἑβραίων μηνῶν Ἀπριλίαν μηνῶν, ἢ ἑβραίων ἡμερῶν.* Dicentes semper, cum Sol in Arctice versatur, celebrandum esse Pascha Xanthico mense secundum Antiochenos, Aprilis secundum Romanos. Xanthico, inquit, mense, id est Aprilis. Verum quis hoc Socrati concedat, eos qui Pascha post æquinocetium indicabant, Aprilis mensem ei rei præfixisse? Nisi forte, ut proximè diximus, Aprilis hic lunarem intelligat. Nam quod Xanthicum Aprilis interpretans dicat id ex Josephi auctoritate factum, ut Judæos veteres imitari sese profiterentur, qui in Xanthico celebrabant, propterea quod Josephus Xanthico mense Judaicam Pascha peractum esse identidem inculcat; haud dubiè hallucinatus est Socrates; nec non Scaliger, qui Xanthicum apud Josephum Aprilis Julianum esse crederent. Verum nos antea demonstravimus Xanthicum mensem vel perpetuò lunarem esse, sive Nisan apud Josephum; vel si nonnunquam fixum aliquem, & Julianum Xanthici nomine Josephus intellexerit, eum non Aprilis esse, sed Martium. Etenim alia fuit Macedonicarum appellationum ratio, quam Syromacedonum, & Antiochenorum. Illi enim Xanthicum, exempli causa, Martium nominabant, quem isti vocabant Aprilis; id quod & ad Epiphanium Hæref. li. & hoc in libro persuasisse confidimus.

Tercia Quartadecimanorum factio ad eos pertinet, qui cum Dominica sola Pascha celebrarent hoc à Catholicis differebant, quod in termino, id est xiv. ipsa Luna plerumque id facerent, quando illa in Dominicam incurreret; ut ex Beda, Sigeberto, Gregorio Turon. atque aliis sexcentis colligitur.

Quibus accedere quarta & postrema debet eorum, qui tamen Nicænum Canonem, & Catholicam regulam observarent, quatenus nonnisi Dominico die, & post æquinocetium, adeoque post xiv. Lunam indicent Pascha; peculiare id habebant, ut Paschalem mensem anteverterent, ejusque citimum terminum ante æquinocetium figerent cyclo viii. & xix. Nam Neomenia Paschalis cyclo viii. ab illis constituebatur Martii vi. cyclo verò xix. Martii v. cum Catholici ambobus illis in cyclis Paschalem mensem in Aprilis conjicerent. Sed de ridiculo istorum errore paullo post agetur, cum ad Victorini cyclum pervenerimus.

Denique jocularis error ille est Scaligeri, qui in Elencho, quem contra Serrarium edidit, Quartadecimanorum hunc errorem fuisse scribit, quod Plenilunio Pascha peragerent; de cuius origine commenti disputabit libro v. copiosius.

CAPUT LIX.

De Octaeteride & Teflarefcaeteride Paschali, Scaligerianæ doctrina summa.

ERRORS in celebratione Paschatis non ex solis Quartadecimanis propagati sunt, sed à diversis cyclis Lunæ.

Lunæ. Nam fuerunt, qui Octaeteridem usurparent, ex syzygiis Philolai, qua fuerunt dierum xxix. cum semisse. Annus autem lunaris ex illis conflatus erat dierum ccc. lvi. sine ullis appendicibus. Octo anni ejusmodi sunt dierum 2832. Additis mensibus tribus plenis sunt dies 2922, quæ est Octaeteris Cleofrati, quæ bi-duo à Luna deficit. Hujus Octaeteridis meminit Epiphanius in Audianis, & Historia Ecclesiastica.

Sed non melior Teflarefcaeteris; quam non solum ut probam, & legitimam, adducit idem Epiphanius, sed Judæos non aliam rationem in anno lunari sequi vult, quam illius methodum. Scribit autem in anno lunari dies esse 354. cum horis 8, adeo ut tribus annis dies unus accrescat. Atqui falsum est unam tantum diem post triennium accrescere; cum relinquuntur post triennium dies duo, horæ 18. Deinde quatuordecim annis cyclum Judaicum definit, cum in illo intervallo solaris sit dierum quatuor, hor. 16, 1051. Sed neque ulla præcisè ratio ita confici ex illa Teflarefcaeteride potest. Quatuordecim anni Juliani sunt dies 5113, horæ 12. Anni lunares totidem simpliciter 4956. differentia dies 157, 12. de quibus intercalatur τελεμαχίου μηνῶν 7, nempe, nempe dies 7; deinde quatuor hora quatuordecies constant dies quatuor, horas 8: quæ summa de diebus 7; detracta, relinquit differentiam veræ Teflarefcaeteridis, & falsæ, dies 2. En ratio præcisæ. Sed omnes veteres Scriptores hac in parte negligentia culpa liberare non possum.

CAPUT LX.

Elenchus Scaligeriana doctrina superioris.

QUA in aliis vehemens, minimeque ferenda videri potuit oscitantia, ea propter assiduitatem in Scaligero minus singularis, & admiranda videtur. Sanè quæ de Octaeteride, & Teflarefcaeteride hoc in loco scripsit, mirum quantum falsa sint, & absorta. Primum est caput de Octaeteride Paschali, quam à nonnullis observatam asserit, ejusque meminisse & Epiphanium asserit, & Ecclesiasticam Historiam. Non male cum Epiphanio & Ecclesiastica historia hic quidem agitur, quod non feverius in utrumque, & atrocius insurgit. Meminisse enim dumtaxat illos Octaeteridis illius scribit; nondum autem eandem velut probam ac legitimam proferre. Atqui apud illos non ut aliorum error, sed ex ipsorum opinione, tamquam ad Catholicos Paschatis rationem accommodata, producitur. Epiphanius, inquam, & Sozomenus libro viii. cap. xxviii. Paschalem Octaeteridem, quam hoc loco commemoravit Scaliger, sic in medium attulerunt, ut ex ea Paschatis apud Catholicos rationem constare statuatur. Cui non igitur præpostera hæc disputationis absurditas stomachum moveat? Nam cum duo sint apud Epiphanium, ut quidem ille credit, errores gravissimi, quorum alterum secutus est, alterum tamquam alienum non retulit modo, sed etiam damnavit; Octaeteridis scilicet, ac Teflarefcaeteridis descriptio; Scaliger Octaeteridis nomine, quam probat Epiphanius, nihil in eum intemperantius dicit, ac ne levissimè quidem notat; sed ejus dumtaxat meminisse scribit; de Teflarefcaeteride, quam à Judæis usurpatam idem auctor improbaverat, illum accusat ipsum, & negligentia, inscitiaque condemnat. Sed singula videamus.

Octaeteris illa Paschalis, quæ diebus solum constat 2922; quamque Hippolytus secutus est, fuerit necne, post ejus tempora, vel post Nicænum certe Concilium adhuc observata, uti nobis incertum est, ita illud certissimum, magno in errore fuisse Scaligerum, qui quam apud Epiphanium, & Sozomenum descriptionem legerat, eam accretam, & præcisam, non rudem, & inchoatam esse crediderit. Etenim Paschalis cycli dispositionem sic interdum explicare Scriptores solent, ut illius præcipua solum capita, & ad popularem captum aptiora proponant; ejusdem verò tricas, ac minutias dissimulant. Ut cum cycli decemvovennalis methodum exponimus, primum illud adferre consuevimus: post xix. annos, Solis ac Lunæ fluctuantes rationes inter se conciliari, ac Novilunia ad idem, unde profecta fuerant, punctum reverti. Tum lunarem annum diebus constare 354, solarem verò 365. Itatertio quoque anno xi. dies confluere, quas Epactas vocant. Item illud: quar-

to quoque anno confecto diem unum ad solarem annum accedere, & id genus reliqua. Non aliter, opinor, utriusque cycli methodum vulgò præsertim informare, ac tionibus, hoc est majori lectorum, auditorumve parti, solemus describere. Quod si quis ad illum modum declarari ista legens, vel audiens statim colligeret, ex illius, qui hæc adferret, opinione, lunarem Enneadecaeteridem paria omnino cum solari facere; annum Lunæ præcisè diebus constare 354, solarem 365, aut etiam sex horis amplius: tum adversus opinionem istam ex accuratioribus Solis, ac Lunæ ratiociniis disputaret; quid is aliud quam risum, ac ludibrium auferret? Eadem est Scaligeriana reprehensionis vanitas. Nam Octaeteridem illam Paschalem nemo sanus existimaverit ita ab Epiphanio, vel Sozomeno descriptam fuisse, ut præcisam, quam conciperent, rationem ejus esse vellent: quin eam potius adumbratam, & crassam, rudique, ut aiunt, Minerva, contextam minus peritis aperuisse. Epiphanius certe Hærefi illa lxx. adversus Audianos *Ἐβραίων* dislersens, Paschatis methodum, cuiusmodi apud Catholicos esset, ac lunaris cycli, atque Epactarum rationem exposuit. In qua horaria quidem appendices, ac minutia locum habent: neque quod Epiphanius ignorare potuit: sed facilitatis gratiâ, & ad vulgi captum accommodata oratione prætereunt. Quod Africanus apud Eusebium in fragmentis Scalig. pag. 63. declarat, ubi Danielis hebdomadas interpretans, meros lunares annos esse dicit. Nam cum Octaeteridem exponens tres in ea menses intercalari dixisset; propterea quod solaris annus diebus constat 365 1/2, lunaris verò 354, statim ista subjicit. *Μὴ δὲ περὶ ἡμῶν ἢ ἀπονομῶν δευτέρων ἀπαιτῆσαι [εἶναι] νομιστέον, τῆς ἡμερῶν ἢ ἡμερῶν ἀπαιτῆσαι: ἵδὲ δὲ ἀπὸ τῶν παλαιῶν ἀπὸ τῶν νεωτέρων τὸ ἀναφύζοντων ἀνεπέμψατο.* Nolo autem nos ex astronomiorum numerorum imperitia quispiam putes dies ccc. lxx. cum quadrante præcisè statuisse. Non enim id ex veritatis ignorantia fecimus; sed calculi minutias compendio facere voluimus. Tum subjicit accuratiorum anni utriusque descriptionem, quamquam ea minime cum Sole congruit. Scribit enim: *πῶς ἢ ἐν ἀρχαῖς πάντα περὶ ἡμῶν ἔταξαν, καὶ τὸν αἰὶ ἐν γρηγορῶ ἀνεπέμψατο. πῶς ἡμῶν ἔταξαν ἡμῶν ἐν ἡμερῶν τῆς, ἢ ἡμερῶν, καὶ ἡμερῶν ἐν ἐνεακαίδεκάτῳ διαστήματι, μὴν τῶν αἰ. 6.* Porro in eorum gratiam qui singula subtilius inquirunt, illud quoque perscribimus. Annus igitur quilibet diebus ferè constat ccc. lxx. & partium quinque, quor dies ac nox simul novemdecim continent. Annum aut constare diebus 365 1/2. Qua ratione sequitur habere præterea horas 6, 18 1/2. ita ut Tropicus annus Juliano sit maior, quod haud scio, an Africanus sibi peritauerit. Similiter & lunarem mensis ἀρχαῖς constare dicit 29. diebus, & nocte divisa in 105. partes, partibus 70, quæ nimirum octo horas efficiunt. Ita mensis lunaris ab Africano quatuor horis minor statuetur vulgari, ac populari, qui est 29 1/2. Itaque haud scio an in Græco legendum sit ἡμερῶν ἢ νυκτῶν ἀπαιτῆσαι ἐν μὴν αἰ. 6, τῶν αἰ. 6. ut diem, noctemque perinde ut in solari anno jubeat in 105. partes dividi. Sed hoc modo lunaris mensis iusto major fuerit; nempe dierum 29, hor. 16. Ideo mendosum hunc in fragmentis Africanis locum esse suspicor. Ex quo illud nihilominus, quod ad institutum satis est, efficitur; Octaeteridis, ex eorum, qui illa sunt usi, sententia, non eum præcisè modum fuisse, qui populari usu, ac methodo continetur; ita ut lunaris annus 354. dumtaxat dies colligeret: sed exactiorem penes peritos illius methodum reservatam; cum interim facilitati consulentes sic illam explicarent, ut appendices dissimularent. Ecce tibi Judæi ipsi, quorum cyclum accuratissimum esse putat Scaliger, adeo ut ipsum Christianorum omnium cyclis anteponat; sic Enneadecaeteridem suam explicant, quasi lunaris annus diebus præcisè 354 constaret. Etenim Glossa Capituli primi Tract. Kiddusch hadoch. 1. Par. Iad, epactarum seriem in xix. annis describens non plures, quam 354. dies singulis annis imputat; quod videlicet, ut ad Epiphanium Hæref. lxx. Animadv. pag. 302. adnotabamus, rudis illa, & adumbrata cycli Judaici esset informatio, & ad popularem captum opposita. Sic & Paschasimus Epistola ad Leonem Papam Octaeteridem *περὶ μνησῶν* ad eundem modum describit. Quod idem profecto de Epiphanii Octaeteride arbitrari possumus. Neque enim Catholici post Nicænum præsertim Concilium, tam stupidi erant,